



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Votum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

¶, hoc verbo *Visitatio*, ubi quamplurima habebis pro practica quotidiana, tam ex declaratisib[us] sacram Congregat. quam ex Bulla summ. Pontificis.

## VOTUM.

**P**rimò, utrum cum eo, qui vovit non quan[r]nubendi, posset dispensare Episcopus. Prima opinio, Navar. cap. 22. n. 85. & Flor. Theol. 4. Sent. tract. de voto, 2. dub. 71. non posse, i[n]d[ic] Navar. loco citato, quod de stylo Curie non sine magna difficultate & causa in eo dispensatur, Caiet. ibidem in 3. Tomo opus. in quest. pen. de hoc. Secunda opinio est ejusdem Navar. immemorit sibi ipsius, cap. 11. num. 76. Soto libro 7. q. 2. ar. 1. ad tertium, argum. de just. & iure, & in 4. Sent. dist. 38. quest. 2. art. 1. conclus. 1. in fine, Sylv. in ver. votum, quarto, in fine, illi dicunt posse, & ita ego tenerem. Ratio omnium est, quia votum de non nubendo non est votum castitatis. Secundò, quia sumus in penalibus, hoc etiam tenet Angel. verb. votum 4. §. 9. ita etiam votum de non tangendo mulierem libidinosè, non est votum castitatis, & sicut in hoc, ita in illo potest Episcopus dispensare, Navar. 1. conf. 42. de voto.

Secundò, utrum si quis vovit centum alicui Ecclesiae, possint illa centum auctoritate superioris in aliam Ecclesiam commutari? Affirmativè responderet Caiet. in tertio Tomo opus. Flor. Theol. loco citato 2. p. tract. de voto difficul. 6. conclus. 2. dub. 2. art. ult. & ratio est, quia primæ Ecclesiae nondum aliquod erat acquisitum jus, cætera vide in Doctoribus. I-

dem Navar. tract. de reddit. Eccl. 41. mon. 60. num. 1. quia non est donatum, seu votum irrevocabiliter, sed est locus penitentiae. D. Th. 2. 2. quest. 88. art. 5. & in 4. Senten. dist. 38. quest. 1. art. 1. ad quinto. & Navar. conf. 38. de voto.

Tertiò, votum factum à defuncto tenetur heres adimplere, Abb. in cap. lii. et. num. 4. de voto, Host. in Summ. de voto, §. & utrum, ver. sed nunquid heres.

Quartò, vovens ingredi religionem arctiorem, potest per Episcopum dispensari, ut laxitatem ingrediatur. Navar. conf. 41. de Regulari.

Quintò, Ordinarius potest ex causa dispensare super voto simplici castitatis, putâ ex periculo incontinentiae, Navar. loco citato, conf. 42. num. 7.

Sextò, vota commutandi quænam sit cause potissimæ assignandæ? Respondeatur primò, quod levitas vovendi, tenuis, perturbatio animi, tertio, gravis ætas, quartò periculum, quintò, mutatio complexionis, sextò, mutatio status, & alias causas poteris videre in conf. 4. & 22. de voto.

Septimò, utrum votum sacerdotandi, vel presbyterandi possit commutari ab Episcopo vel Episcopalè auctoritatē habente? Respondeatur affirmativè, eo quod non sit votum castitatis, nec religionis, Navar. loco citato conf. 19.

## UNIO.

## SUMMARIUM.

De unione beneficiorum videnda sunt hac primum, utrum parochie possint uniri ad invicem.

1. 2. 3.